



## **Vniuersa Theologia Scholastica, Speculatiua, Practica**

Ad methodum S. Thomæ, quatuor Tomis comprehensa

**Tanner, Adam**

**Ingolstadii, 1626**

Anchora animæ Deum timentis, & in profundo diuinæ pr destinationis  
pelago secure nauigantis, vna cum breui Synopsitotius disputationis de  
eodem argumento.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72856](#)

ganda est subsumptio quoad utramque partem. Nam si es prædestinatus ad gloriam, per certa media bonorum operum libero arbitrio adhibenda prædestinatus es: ex dictis q. 5, dub. 4. ea igitur nisi adhibueris, nec prædestinatus fuisti, nec omnino saluaberis: si non es prædestinatus, damnaberis quidem, sed nonnisi ob mala opera præuiſa, ut dictum: quæ si vitares, ut per gratiam diuinam potes, certò & prædestinatus, & saluus futurus es. Adde quod si argumentatio hæc aliquid valeret, tum nec in humanis quidem rebus ullus relinquetur iustitiae locus. Plu-

ra de hac re ex Patribus, & ipsis ethnicis Philosophis eruditè Eckius, in Chrysopasso cent. 4. à num. 89.

Atque hæc de arcane illo diuina prædestinationis & reprobationis mysterio, ad laudem omnipotentis Dei, & humilationem omnis creaturæ, sub potentiam eiusdem Dei, satis. Quia ut præclare dixit Augustinus lib. de bono perseuer. cap. 24. *Prædestination diuina prædicanda est, ut non in homine ac nobis metipſis, sed in Domino gloriemur, &c.* Quod dominum qui non habet, non dubito dicere, alia quecumq; habet, inaniter habet, &c.

## ANCHORA ANIMÆ DEVMTIMENTIS, ET in profundo diuinæ Prædestinationis pelago securè nauigantis: vna cum breui Synopsi totius Disputationis de eodem argumento.

*Ex Ioanne Gerson lib. 1. de consolat. Theol.*

**P**lacet hic quasi coronidis loco, pro animarum Deum timentium solatio, veram ac solidam rationem subjcere, qua quisque ex doctrina haec tenus tradita, de arcane hoc & inscrutabili gratuitæ prædestinationis, ac iuste reprobationis Dei mysterio, non fuisse aliquam & inanem, sed salubre, sinceramque in Deo consolationem, ac inpietate profectum capere possit. Quamuis enim in hunc sensum non pauca differimus iupra quæst. 5. dub. 5. dum argumenta aduersariorum dissoluemus, qui hoc vel maxime argumento exofam reddere doctrinam illam conabantur, quod & ad desperationem, & ad pietatis neglectum homines inducat; adeo vt non nemo etiam scriperit, *nescire se, ad quid sit utilis persuasio illa de absolute electione, ante omnem (absolutam) operum præuisiōnem, nisi ad licentiam vita & desperationem;* non abs re tamē erit, ut ea quæ ibidem diximus, magis roboretur, quid de hoc argumento grauius & antiquius Theologos, ac viri de quaquo doctissimus ac piissimus, ante annos plus quam ducentos scriperit, ob oculos ponere.

Is est Ioannes Gerson, Doctor & Cancellarius Parisiensis, quem nostræ planè etiam sententie de gratuita prædestinatione ad gloriam subscriptisse, inferrimus patet; & supra etiam cit. quæst. 5. dub. 3. testimoniū fecimus. Hic cum ex Concilio Constantiensi discedens, Franciam propter minas Ducis Burgundie repeteren non auderet, secessit in confinia Bavaria, ibique in oppido Rattenberg, quod nunc diuisionis Tyrolensis est, Anno Domini M. CD. XVII. Boëtium imitatus, sui solandi causa dialogum conscripsit de consolatione Theologia: in quo duos Interlocutores statuit, *Monicus & Volucrē;* quorum. vterque subinde Gersonis meminit sub nomine *aduersarii seu peregrini.*

In hoc opere libro 1. prosa 2. Monicus difficultatem mouet, an & quare ratione ex consideratione diuinorum iudiciorum, quod antea Volucrē ex mente Gersonis dixerat, solatum percipi possit; cum diuina iudicia in quibus de prædestinatione atque reprobatione hominibus agitur, non solum sint occulta, federa planè terribilia, atque ad desperationem

potius, quam consolationem dignandam idonea; his verbis: [Incipio, inquit, grautoribus, quam antea scrupulis vrgeri, &c. Tradit (enim) philosophia vix perscrutabilem diuina prouidentia viuacitatem, præfertim dum ad eam confertur humani libertas arbitrij, cum certa præcognitione futurorum. Sed ecce superaddit. Theologia difficultatem in immensum, minus inuestigabilem, neque comprehensibilem; dum quosdam ex hominibus recipit indicando in curia gratia vel misericordia, & æternæ beatitudinis participes facit. Alios vero multo plures damnat in æternum sua Inſtitutæ severitas, dicente eo, Multi vocati, pauci vero electi. Mirum autem, si quis in hac recognitione constitutus, non perturbetur, & totus horrore tabescat, qualiter abscondita non est consolatio ab oculis suis, iuxta Scripturæ verbum, dum ita Deus inter fratres diuidit.]

Ad hanc difficultatem Volucrē, ex mente peregrini, hoc est Gersonis, rem ita edifficere occipit. [Factendum est, inquit, in primis Monice, quod hæc consideratio iudiciorum Dei, qui terribilis est in consilijs super filios hominum, si cum superba euro istate recensatur, præcipitat in illam Sapientis damnationem. Qui scrutator est Maiestatis, opprimetur à gloria; exterminationem (forte, exterminat omnem) bona consolationis virtutem: denique in reprobatione Deo desperationem, & in odiosas, rabidas, & insanias blasphemias demergit, & absorbet: hoc in viatoribus aliquibus; hoc in damnatis omnibus operatur. At vero consideratio talis, si cum debita humilitate & reverentia fideliis & pīj cordis affluitur; si cum captiuatione omnis intellectus, in obsequium fidei reuelatur, nullam existimat peregrinus noster potiorem vel efficaciorem, ad consecutionem legitimæ consolationis, viam diuinitus clargiri. Nonne senserat hoc Propheta, dum suspirans ait, Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine, & consolatus sum. Quam consolationem nescio si vehementius expressit alio loco, is qui dixit. Et exultauerunt, id est, extra se salierunt, filii Iuda, propter iudicia tua Domine.]

Sed Monicus, quam difficilis & odiosa sit hæc dis-

sertatio

sertatio admonens, ita pergit vrgere: [Obseruandum est obsecro, Volucer, ne minus sobria fortassis & insolens sit huius doctrinæ traditio; quoniam stultorum infinitus est numerus, carnalium & arrogantium, qui non capiunt, quæ Dei sunt, si non dixeris ea, quæ verificantur in corde suo, & quæ suo ingenio penetrare se gloriari possint.]

5 Ad hoc ex mente Gersonis Volucer exemplum Apostoli se defendens, ita respondet: [Corrigit, inquit, & repellit tuam hanc hesitationem conscientis arcana diuinorum Apostolus, qui fatagens contentiōnem gentilium Romanorum & Iudæorum, qui suscepérant fidem, compescere, collocauit totius disputationis suæ velut centrum & cardinem supremum, considerationem diuinæ prædestinationis & præscientiæ, ab illo loco. Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositū vocati sunt sancti. Nam quos præsidiūt, & prædestinavit, &c. Vnde dum exclamat, O altitudo diuinarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ illius. Quis enim cognovit sensum Domini? aut qui cōsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Illic inserit, quod non volentis, neque curreatis, sed miserentis Dei est, & cuius vult misereretur, & quem vult inducatur: & quod nō ex operibus, sed ex vocante dictum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Apostolus igitur, Doctor gentium in fide & veritate, inter quas erant insipientes, multæ carnales & superbae, si præmissam eis considerationem pro sua ædificatione non timuit expōnere, quatenus eas & Iudeos mutuò reduceret ad legitimam pacis & charitatis formam; quo pacto verendum erit inter Christianos, præsertim eos, qui de sua salute solliciti sunt, consideratione ista vti, quæ apud eum tamē de sua salute consolationē, suorumq; similiūm operata est, vt assiceret, Certus sum enim, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, qua est in Christo Iesu Domino nostro. Poterat autem certitudine talis accipi de certitudine revelationis diuinæ, si Paulus de se solo loqueretur: sed dum connumeravit alios electos Dei, conuenientius intelligitur hoc esse dictum de certitudine spei, quæ tranquillitas quantum sit operativa, satis admodum propheta Regius exposuit, qui dum gloriaribus in Domino dixisset, In pace in idipsum dormiam & requiescam, subintulit pro causa spem dicens, Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.]

6 Hinc autem Monicus rationem perueniendi ad hanc pacem & animi tranquillitatem perquirens: [Scire velim, inquit, o Volucer, quo studio vel industria deuenit aduenia nostra (Gersonem intelligit) ut in hac pace in idipsum frueretur.]

Ad quod Volucer ex mente Gersonis, ne plus nimio huic tribuisse videatur, responderet: [Accipito verba mea sobrie; neque enim dicere præsumo, nisi quod asperat, & aspirare suadet ad illam pacem in idipsum, cum Propheta dicere, Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore; si forte aliquando desiderium sui, & similiūm paupe-

rum exaudiat Dominus, & præparationem cordis eorum audiat auris sua. Scit enim quoniam nemo repente fit summus; scit quoniam munus hoc gratia magis est, quam industræ. Nihilominus Doctorum deuotorum scripta relegens, Theologia ductrice, his uti conatur industrijs, ne sibi met deesse putetur, Deumque tentare videatur. Enititur experimento cognoscere, quæ sit illa pacis consolatio, qua sobriebriatus exclamat Psalmista: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abf codisti timenibus te. Signanter ait, Abf condisti: quia nec ab habente tradi, nec ab eo qui non habet capi potest: est quippe nomen nouum in calculo candido scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.] Et mox Boetii imitatione, in glyconium melos erumpens, ita concludit:

Magnum credo nimis bonum,  
Inus quo valeas frui,  
Extra non licet loqui,  
Certe nefis homo vetus,  
Intra quid sapiat nouus:  
Hoc est manna reconditum,  
Sensus quod capit inimicus.  
Quo eris, qualis ei sapor?  
Aurem, verbis q; quid paras?  
Gusta; post uideas, licet.  
Degen frater agrosenex,  
Quarit gaudia, que domi  
Frater iunior accipit.  
Cactus mel tonathas prius  
Gustat; protinus hinc videt.  
Melzobis sapidum DEVs.  
Quo fastidia tollere  
Mundi noxia fastibi.

7 Sed quia suauitas hæc diuinæ consolationis in nostra potestate sita non est, non imprudenter Monicus petit, vt Volucer sepositis ad tempus his affectus deuotis sentimenti, ex ratione ipsa modum solidam consolationis, ex arcano prædestinationis & reprobationis diuinæ mysterio eruenda, explicet. Quamobrem eodem libro 1. prola 3. prius intelligere cupit, quænam particulatum sit ipsius aduenia (Gersonem intelligit) de profundo hoc mysterio sententia, quæne circa illud exercenda mentis ratio: [Omnis est, inquit, interim Volucer, verbum, super istis affectus deuotis sentimenti, de quibus stat sapientia, quæ in mysterio abscindita est. Hæc est Theologia mystica, de qua tractatus fratris (Gersoni) apud me seruo, quodam latino, quodam vulgaris scripto stylo. Sed super his altera fortassis die sermo fieri. Pergeverò prosequi de spe, respondens ad pauculas interrogations meas, quæ secretorum adueniæ nostri conscientiæ, Recogitâne suprêmum Iudicem Deum, homines ex massa peccatrice prædestinasse quidem, hos ab æternâ semperita beatitudinis fore particeps; alios vero præscitos & reprobatos ad supplicium perpetuum?]

Ad hoc Volucer Gersonis mentem explicans respondet: Recogitat Monice; Et id sane frequenter. Pergens Monicus: [Accusatane, inquit, diuersum huiusmodi iudicium Dei, tanquam propterea sit in eo saua quædam crudelitas, & indigna bonitate sua summa...?]

Respon-

Respondeat Volucer; simulque quæ sit Gersonis de diuina prædestinatione sententia, ita declara: [ Absit, inquit, Monice, talis aduersus Deum blasphemia. Neque enim personam accepisse, neque iniuriam fecisse dici potest, qui nulli debitor est. Quod notauit Apostolus dicens, O homo tu quis es, qui respondes a Deo? Nunquid dicit figuratum ei, qui se finxit, Quid me fecisti sic? annon habet potestatem signulati, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Talis apud homines similitudo plurima reperitur, nedum super rebus vita parentibus, sed animatis, quibus vntur pro arbitrio suo, alijs ad mortem, alijs ad conseruationem: nec arbitrantur, se vel iniuria, vel crudelitati obnoxios esse. Quid si vult Deus in magna domo sua manifestare diuitias gloria sua; istis in ostensionem misericordia, alijs in manifestationem sue iustitia, glorificans illos ex misericordia, istos ex iustitia derelinquens; quatenus resuluet carmen illud pulcherrimum, ex gradu tenore iustitia, & molli canto misericordia, de quali profitet Propheta, Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Quod si pauciores sunt, qui saluentur, manifestior est in hoc gratia Dei; quemadmodum inter surdos & claudos, mutos & mortuos, pauciores sunt, qui miraculo curantur, quam qui propriæ conditioni relinquuntur. Verum dum ad singularia fit descensus & inquisitio, cur videlicet Petrum, & Paulum Deus elegerit ad salutem, Iudam verò, & diuitem epulonem dereliquerit, oportet, ut humana garrilas apponat digitum, oris, hoc vnum profitens, quod iustus est Dominus, in omnibus vijsiuis. Itaque sicut nulla potest al significari ratio, cur inter tot responsibiles fieri, ita non, illa facta est, nisi beneplacitum Dei: ita de regeneratione seu regeneratione ad vitam spiritualem, multò magis dici debet. Neque confugiendum est ad illorum merita, vel opera, quos ab æterno prædestinat Deus, quia si ex operibus, iam non ex gratia. Sed neque priore aeterna Dei voluntas causam haberet, qui fecit omnia propter semetipsum, impium quoque in diem vindictæ. Nihilominus fatendum est, quod nemo sine culpa damnabitur, sicut absque gratia salubritur nullus.] Haec tenus Gerson in persona Volucris, suam de gratuita Dei prædestinatione etiam ad gloriam sententiam perficie exposuit, & quam non sit aliena à divina perfectione & bonitate declaravit, vt retulimus etiam q. 5. dub. 3.

Verum quia vniuersalia minus mentem commouent, quam singularia, nec difficile est à longè belli pericula, si ad te interim non pertingant, contemplari; querit porro Monicus, num peregrinus ille, (Gerson) sibi ipsi etiam eam considerationem diuina prædestinationis, & incertum diuinorum iudiciorum applicet. [ Pergo, inquit, inquirere consequenter, si hanc aliquando noster peregrinus considerationem super se & ad se reflectit; meditans ne forte sit ex numero reproborum; neque enim gloriari potest, se peccatum non habere, neque de alia massa esse, quam ceteros.]

Ad hoc ex mente Gersonis responderet Volucer: [ Dicā illud Monice, quod sentio. Meditatur aliquando secum conquerens, quid si iustus Dei iudicio damndus est? Si reperit indispositum corsuum, ad humilem huius considerationis susceptionem, derelin-

quit eam, & ad alia se convertit; quemadmodum fieri consilium est, in temptationibus vel interrogationibus carnalium peccatorū, vel experientijs earum rerum, quæ iunt difficultimæ electionis: Ut si querat aliquis semet pio, Malles membratim laniatus mori quam illecebrose voluptati mulieris pulcherrimæ consentire. Si verò percipit affectionem suum Deo propitio tranquillum, humilem, & suauem, sicut imprecatur Apostolus: Deus autem spes repletæ vos omnes & pacem credendo, ut abundeis in spes & virtute spiritus sancti, fistis, pedetentiam tamen & cautem, in hac recognoscione, si forte damndatus es. Cuius apprehensione nequaquam remurmurat secundum presentem affectionem & sensum de diuina iustitia. Sed humiliatus dicit, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Non quod damnationem eligat; absit; quia nec Deus hoc vult ipsum velle; sicut nec peccare, nec desperare, dum viator est. Dicit potius cum lob, Etiam si me occiderit, tamen in ipso sperabo. Et conuersus ad Dominum, cum pio & humili affectu, Scio, inquit, & equissime Iudex, quoniam damnati in inferno te odiunt, te inuitum, te inuidum, tecrudelissimum iudicant, te blasphemant, tibi Sancti que omnibus ore rabido maledicunt. Scio quod illic constitutus (heu me miserum!) sic agerem. At verò dum interim affectionibus tam efferris & blasphemis careo, amo te qui solus es amabilis, te iustissimum, te amantissimum, te clementissimum diudico; te collaudo, tibi Sancti que omnibus tuis ore pio benedico; quicquid potremus de me futurum ordinauerit voluntas tua; credo, & ore profiteor, quoniam nulla est iniquitas apud te, qui sanctus es in omnibus operibus tuis.]

Comprobathoc responsum Monicus, velut magnæ perfectionis documentum; sed locum tamen habere nō putat, nisi apud eos, qui peccare planè desierunt. [ Placet, inquit, distinctus iste modus habendi se circa recognitionem diuina prædestinationis seu præficiencie. Nam sicut in primo curiositas temeraria, sic in secundo meritoria valde humilitas exercetur. Videre simile est in aspectu vel recognitione formosa mulieris, vbi periclitaretur in continens, continentis verò fortiter habituatus, vteretur ad virtutem. Video, quod amor hic gratuitus est, non mercenarius, non recruus; hæc affectio filialis, vel fidelis sponsæ; quem amor, quia domus sua est, (forte quia dominus sua uis est) non acceptare non potest, quia diligentes se diligit. Beatus quis ascensiones in corde suo disponens, adhunc gradū pene supremum peruenit. Sentio deinceps magis ac magis, quo medio potest hæc consideratio pacem quandam & consolationem operari: ita tamen si sit apud homines, qui peccata iam non iterant. Nam iteratio peccatorum quid aliud pretendit, quam reprobationem & interitum? Attesto, quod spes non ex meritis proueniens, præsumptio est, non spes æstimanda.

Non placet unde quaq; hæc exceptio Gersoni; quare ex eius mente responderet Volucer: [ Scio, ô Monice, quoniam nemo est, qui vivit, & non peccet; quando & septies in die cadit iustus. Et beatus dicitur à Psalmista, non qui non fecit, sed cui non imputauit Dominus peccatum. Miru fortasse videbitur quod dicturus sum. Inuenire est hominem (Gerson ipse uidetur indicari) qui quantum pluribus impugnatur temptationibus, quantum renitens eis pluries vincitur, vel in vor-

citate gulae, vel in somniculoſa dormitacione, vel in ſtimulorum carniſ crebra perpeſſione, & alijs huiusmodi, tantò frequentius, certius, & ideo fortius, quia humilius, in Deum ſe projeſcit, de Deo ſperat, & conſidit. Conſultò quidem; dum nullam videt in ſe fiduciām reſtendi vitijs, neque virtutes & ſalutem adi- pifcendi reſpoſtam. Fallor, ſi non ita Dauid egerit, inquiens, *Impulſus eneſſum ut caderem, cuius inni- xus eſt auxilio?* *Domini ſuſcepit me.* Rurſus cum ab hominibus desperatio ſibi impropereſetur, quia tulerat ouem, & paſtorem occiderat, & dicerent, *Non eſt ſalutis ipſi in Deo eius;* ipſe ſolidiori ſpe Deo Iiſus reſpondebat, *Tu autem Domine ſuſcepitor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.*

Monicus etiam hoc reſpoſtum approbans, mo- dum roga exponi, quo ſecurus quīque in Dei adiutorio habitare poſſit: [ *Vt intelligo Volucer, inquit, ita ſe res habet; quod apud vere humilem, quanto minus eſt in ſe ſpei, minus in ope aliena fiduciæ, mi- nus denique vult conſtituere iuſtitiam ſuam, tanto plus ſpei, plus fiduciæ de Deo concepit, plus quoque iuſtitiae Dei ſit ſubiectus, dicens ex ſententia. Mihi autem adharrere Deo bonum eſt, & ponere in Do- mino ſpem meam, clamanſ ei, In tua iuſtitia (plane non in mea) libera me.* Poſtremò magis intelligere nunc video, quæ in deuotorum libris legi de intro- duktione ſponſe in cubiculum ſponsi, de oculo oris eius, poſt oculum manuum & pedum, de habita- tione præterea in adiutorio altissimi, non in habita- tione vel meritorum propriorum, quæ vana eſt, vel poenarum futurarum, quæ anxia, vel induſtriarum propriarum, quæ timida eſt & incerta. Certa verò qualiter eſſe poſſit in adiutorio altissimi, inter tot vi- ta discriminata, inter tot criminum lapsus, inter tan- tameſtorum paucitatem, ed illeras velim.]

Ad hoc quæſitum reſpoſdet Volucer: [ *Rerum iuſtitio conditio eſt, o Monice, ut in ſuos fines tendant, quibus adeptiſ quiſcunt, adharentes eis, hoc de graibus deorū ſum, hoc de leuibus ſuſum videre eſt. Eſt autem humani cordis deſiderium & pondus in Deum, ſicut in locum ſuum & centrum ferri; eſt ſu- prenum, poſt quod non relinquit aliud humanae peregrinationis refugium. Supereficit igitur nihil, in- fra quod, vel ultra quod poſſit humana ſe corde- flere, vel fugere, dum pondere ſuo conſtituit adharrere Deo, nunc interim per ſpem, fidem, & amorem; neque enim ſibi dat aliter ſtatus pteſens. Porro ſicut aliquis dicitur adharrere certitudinaliter loco alicui vel baculo, dum totis viribus ita ſta- re vult; non aliter ſpem certam dicimus, per delibe- ratam voluntatis adharentiam. Neque enim ſpes eſt in aſſenſu & vi rationali, ſed deſiderio & expecta- tione virtutiſ itaſcibilis tendentiſ in ardua; quod deſiderium, tendentiā, vel expeſtatiō, reperiſtur in vi- tute ſpei cum tanta certitudine per adharentiam voluntatis, quod per nullius tentationis vel recog- iationis iuſſum vult ab ea ſemet auellere. Con- ſurgit ex radice ſimiſ certitudiſ in aſſenſu fidei, dum per nullas rationes vel phantasiā ſidem impugna- tes, vult derelinquere, quo minus ſtet in fide, ad obediētiōnem Dei & meriti conquisitiōnem.] Ita Volucer.*

Qui mox ſpei plenus, hac ſuaui ſode reſpoſtum claudit:

*Quæ monſis alto ſtar iugo  
Quercus, ſvis radicibus  
Defixa, nitens foriter,  
Ventos & imbreſ non timeret.  
Affixus hinc plus virium,  
Quo plus in imo ſe locat,  
Concuſſa venti turbine.  
Si ſpeſerent tamina.  
Antheus inuictus fuit,  
Dum cauſus incubans humi,  
Non vult in altum ſurrigi,  
Elatuſ illico perit.  
Quo collocaſtur ſaxo  
Domiuſ loco fideliſter,  
Venti, pluiae, & flumina,  
Deſeruant, nunquam ruit.  
Herere vos ſpeſ firmiter  
Veſtro loco nitamini.  
Veſter locus certe Deſe;  
Quo ſpeſ reponit certior.*

Vt verò declaretur, qua ratione nec reprobi qui- dem in hac vita à ſpe ſint excluſi, proponit Moni- cus proſa 4. eiusdem lib 1. hanc difficultatem: [ *Vi- ſum eſt aliquibus, inquit, o Volucer, quod ſpeſ in- praeficiſtis (ſeu reprobi) ſemper fit errore. Id enim ſe putant habitueros, quo carebunt. Alij volentes hanc abſurditatem euadere dixerunt, ſpem in hoc conditionali exiſtere, ſi legeri Dei obſeruauero, fal- uero.* ]

Ad hoc quæſitum, Volucer actas ſpe modum ac- rationem declarans, ac ſinu de nullo in hac vita deſperandum admonens, ita reſpoſdet: [ *Monice, nec hoc ultimum ſufficit ad ſpem; ſtarer enim cum deſperatione talis conditio. Nec primum ſobrie dictum eſt, quod Deus obliget reprobos ad erran- dum, ſicut obligat ad ſperandum. Proinde ſpes ad certam beatitudinis expeſtationem ſic ſe habet. Ponit ſibi per fidem, quod eſt aliqua talis beatitu- do; iungit, quod ad illam pura liberalitate & gra- tia (adueriis lector gratuitam prædeſtinationem ad glo- riā) Deus ab ætero quodam prædeſtinat & eli- git. Addit quod ad conſecutionem huiusmodi fi- naliſ beatitudinis, ordinauit media conuenientia varijs modis, ſine numero: inter quæ medium pre- cipuum eſt gratia, quæ ideo dicitur vita æterna, quia pignus eius eſt vel arrha. Hanc autem gratiam nuli dedit, neque daturus eſt, niſi per medium Media- toris Dei & hominum, &c. Cæterum ſpecialiter inſtructa per fidem, que ſiue ſtū oculus, ſigit in primis deſiderium ſuum ad beatitudinis adaptionem, tan- quam ad finem; & ab illo deſiderio nequaquam vult auelli. Deinde deſiderat media quælibet ad huius fi- niſ conſecutione, per Dei prouidentiā ordinata, per arma iuſtitia, ſicut dicit Apoſtolum, à dextris & à ſi- niſtriſ, per gloriā & ignobilitatē, per infamiam & bonam famam. Fides itaq; rurſus dicit ei, quod di- ligentibus Deum & ſperantibus in eo, omnia coope- rantur in bonū, ſicut tradit Apoſtolum, quod omnia noſtra ſunt; coformiter ad Chriſtū: Primum quærit regnum Dei, & omnia haec adiicientur vobis; neque talium aliquis prædeſtinatorum peribit vnuquam. Quod contrafit de reprobi, quibus omnia cedunt in malum, etiam aliena bona, quæ in ſcandalum ſi-* ]

bi vertunt & ruinam. Nihilominus quoniam ignotum nobis est, quos vult inter homines Deus & qualiter saluos fieri, operandum est bonum <sup>ad</sup> omnes, vel orando, vel commandando, vel hortando, vel increpando, vel ab erroribus & virtutis abducere satagendo. Ita sagena charitatis concludit in se bonos & malos, separandos in die iudicij.

<sup>17</sup> Præterea si ex peccatis electorum diuina bonitas potest, scit, & vult elicere bona, non tamen idcirco mala bona sunt, vel eligenda, sed cauenda penitus plangendaque. Collaudandus autem benignissimus & omnipotens Deus, qui malis nostris non solument non vincitur, sed ex eis operatur bonum nostrum. Sic enim dicitur sub peccato omnia conclusisse, scilicet permisum est, ut omnium misereatur. Peccauit Petrus; humilior, cautor, & misericordior effectus est; non actione mali, sed miseratione Dei: peccauit Magdalena; plus postea dilexit, quia multum sibi dimisum est, & in exemplum penitentia carceris cessit: blasphemus fuit Paulus, confitetur humiliatus, quod non sit dignus vocari Apostolus, & est inter peccatores primus; denique iucundatur pater & epulari in receptione filij prodigi: & gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Quis nesciat proinde pauperes dum de stercore peccatorum erigit eos Deus collocans in gloriam cum principibus populis sui, quod in ampliores erga diuinam benignitatem afflurgunt gratiarum actiones? Non quin innocentia præteruata, seruataque plus habeat dignitatis & gratiae, ceteris paribus; sed in reparatione deperditæ magis eminent misericordie benignitas.

<sup>18</sup> Misericordum vero est, quod in reprobis agitur è diuerso. De virtute & humilitate superbiunt; & gratuitas Dei donis vel ingrati, vel tepidi sunt, vel in sumam & aliorum pernitientem & Dei in honorationem abutentes vertunt: ita ut eorum quandoque fiat oratio in peccatum, hic per ingratitudinem; in inferno autem per blasphemiam insaniorem. Recordantes enim, quemadmodum fuerint aliquando supplices Deo, haec & illa bona facientes, venerantes sanctos sanctaque omnes cum deuotione, quidni rabidiori contabescant odio, & maledictis latrent aduersus Deum, sanctos, sanctaque omnes? præferunt eos, quos præcipue coluerunt, eos inuidios, eos crudelissimos, impios & ingratos, qui non ipsos à tormentis, cum possint, eripiunt, acclamantes. Quid ergo dicemus ad haec? Faciemus igitur mala, vt Deus eliciat bona, vel bonavitabitim, ne contingent mala qualia tetigimus? Absit; propter id enim, quod per accidens est, non debet illud quod de per se est, variari.]

Collaudat hanc doctrinam Monicus, & ait: [Horrelio, Volucer, hoc audiens, & videns te superadmirabilis via nisi pro consolationis a deptione, dum tremendæ & contraria desolationis memoriam subducis.]

<sup>19</sup> Non contentus autem Volucer modum tradidisse, quo mens humana spe subnixa, diuinis altissimæ & gratuitæ prædestinationis consilijs acquiescat; simul etiam ostendit, quantum ea consideratio ad veram humilitatem & in spiritu profectum valeat. [Hic modus est, inquit, haec ars Theologiae, credidisse Monice, quod sicut per stultitiam & scandalum

prædicationis crucis saluos fecit credentes; sic per insipientiam trahit ad sapientiam, dicente Apostolo; Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Non aliter vult eadem Theologia per summam desperationem de homine, trahere ad summam de Deo spem; & per desolationem inæstimabilem & intolerabilem, sursum ducere ad solidam consolationem. Addideris, nullam esse recognitionem, qua plus ista radicaliter euellat ab humano corde superbiam, de se semper aliquid magnum, præsumentem, cui resistit Deus, que magis insuper dignat & nutriat humilitatem legitimam sub Deo, & ad homines, virtutis procul expulsis, que fert secum superbia. Nam qua fronte poterit aliquis fratrem suum qualemcumque deinceps vel odio, velira, vel inuidia prosequi, immo nec animo, quod reprobus sit, iudicare, quod videt, se de eadem massa peccati, in eadem damnatione esse, neque scit, quid sibi crastina parat dies? Quod si voluerit gloriari de bonis suis, mendax est, si non habet; si habet, illa gratis accepit a Deo; quid ergo gloriatur, quasi non accepit? Quid præterea iudicet alienum serum, qui Domino suo stat aut cadit: stat autem; potens est enim Deus statuere illum. Sub hoc intuitu dixisse putandus est Apostolus, Venit Deus saluos facere peccatores, quorum primus ego sum: Primus intellige, quo nullus prior, videns se cum aliis æqualiter filium ire, & ex eadem peccata massa esse, quales venerat salvare Deus.]

Rogat hinc Monicus, quodam compendio tradi modum, quo spes in Deum firmetur: [Intelligo, inquit, materiam bono de timore, & spelatam (Caramplam) esse; vellem traderetur sub compendio modus, quo præcipue spes stabilitur.]

Ad hoc Volucer: [Nimirum stabilitur a Deo, cuius supernaturale donum est. Sed si particularius aliquid exigis, inuenitur quadruplex meditatio, quæ velut in tetragono firmissimo gestat spem. Una meditatio est diuinæ iussionis, vt spes: altera diuinæ promissionis, si spes; tertia imminens Dei pietatis, ne desperes de suis miserationibus; quarta propriæ fragilitatis, ne spes in te, vel in propriis viribus. Dicit igitur cogitationi tuae sollicitanti spem deserere, dum non facis certam vocationem tuam per bona opera, quotidie corruiens de peccato in peccatum, ingerenti proinde, ne sis de multis vocatis & non electis; sicut virtutia similia est multorum; die respondens, quod obediens ibi Deo, qui mille locis Scriptura sacra præcipit, vt spes in eo, cui dicit, Exurge Domine Deus in præcepto, quod mandasti; projicio me in te iubente te, non es crudelis aut fallax, vt abiecas me, iuncta præsertim multiplici promissione tua, quasperantibus in te pollicitus es, quod liberares eos, eriperes, saluares, & glorificares; cuius deum tam imminens pietas est, vt nullis peccatis etiam infinitis ( si commissem ea solus ) vinici posset hic in via: quodque interposuisti cum immobilitate consilij tui iusjurandum, vt per duas res immobiles, sicut loquitur Apostolus tuus, quibus impossibile est, mentiri te, nos fortissimum solarium habeamus ad tenendam præpositam spem. Quamvis enim sis inobligabilis a creatura tua rationali, quicquid agat pro te, vel erga te, voluit tamen dignissima condiscensio tua commercium quodam habere cum hominibus, vt bene de te merean-

tur, si iussa tua compleuerint, & in te sperauerint, qui fidelis es, & te ipsum negare non potes. Hæc tu ita Deo.

Postremò dum propria fragilitas obijicitur, vt desperes; desperes volo; sed de te, & in te, qui homo & caro es. Nam maledicetus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à Domino recedit cor eius. Sed hie occurrit trepidia cogitatio, dicens, quæ ratione conabor declinare vitia, virtutes acquirere, seruare mandata Dei, sine quibus sperare vitam ingredi iam non spes est, sed arrogans & infidelis præsumptio? Conaberis prorsus; sed in adiutorio altissimi, & milles viætus milles conaberis; eò quidem amplius & certius, quod nulla tibi supereret fiducia de proprijs operibus. Propterea dicturus Salomon finem concionationis suæ, dum proferte vellet, serua mandata, præmisit, Deum time: quia videlicet ab ipso est bonum, & velle, & perficere.

Acceptat hanc doctrinam Monicus, & exemplo S. Augustini confirmat: [Retineo, inquit, quod in soliloquij similia de se confessus est Augustinus: Sperabam, inquit, aliquando in virtute mea, quæ non erat virtus: & cum sic volui currere, ubi magis stare credebam, ibi magis cecidi, factusq; sum magis retrò, quam ante. Diebam enim, hoc faciam, illud perficiam, sibi post nec hoc, nec illud, quoniam de meis viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi, Domine Rex, Pater cœli & terra, quoniam non in fortitudine sua roboretur vir; ut non glorietur ante te stulta præsumptio omnis carnis.]

Pergit Volucer exercitationem Gersonis in consideratione huius argumenti viterius exponere. [Traduit, inquit, adiuvia noster (Gersonem intelligit) meditationem hanc etiam usque ad Angelos & Sanctos; dum attendunt horrorem diuinorum iudiciorum in damnatis. Canimus enim, quod tremunt Angeli atque Archangeli; tremunt, intellige, non ex formidine sue damnationis, quibus inest gloria & securitas; sed eò magis ex aliorum damnatione quasi si tremerent & pauerent, in se deficientes, resiliunt in adiutorium unicum Deum, adhaerentes ei, se fragiles, & nihil similes reputantes, sine eo. Addidit de humanitate Christi, quod sicut inesse supposital sic innititur personalitati filii Dei, quod propriam deserit, nec in se subsistit: ita in esse gratiae vel gloriae innititur Deo, & nullatenus in se. Et ita de Sanctis, quanto perfectiores, tanto humilis & reverenter in adiutorium Dei resilunt. Quo contra de reprobis, qui magis refugiunt à Deo, & ad se configunt, quod damnabilius puniuntur; quoniam in ipsiis est amor sui usque ad contemptum Dei, sicut in aliis est amor Dei, usque ad contemptum sui. Denique spes velut anchora, quanto minus in arenulis fragilibus & fluidis humani auxilii figitur, tanto solidius & certius supra firmam petram, quæ Christus est, desixa stabilitur.

Quod si quæserit aliquid, quid igitur de illis, quos non iuuat Deus? Responsum habeat, quod velut animalia propter homines creati sunt, ad obsequiorum varietatem, illa blandiendo, ista scuendo; intelligere sic habemus, propter electorū salutem praescitos esse formatos, sine nocere, sine obsequi coonentur; ut non glorietur omnis, vel obsequens electis, vel aduersarius eis.

Neque tamen ita sunt accipienda, quæ dicta sunt, quasi tollatur libertas arbitrij: fortificatur siquidem magis & instituitur; sed in Deo uiuificant per gratiam, quæ est velut anima quædam, vitam habens in potentia ad vitam secundam, ad meritoriam vide-licet operationem. Itaque sicut operatio animalis præsupponit esse naturæ, sic operatio spiritualis vi-tatæ gratia. Sed neque audiendus est Cicero, qui vt libertatem in hominibus statueret, abstulit à Deo prouidentiam. Neque rursus ex aduerso recipiendus alter, qui diuinam prouidentiam sic instituere vo-luit, vt arbitrio nostro necessitatem imponeret. Proh nefas; etiam in peccatis dicens, Deum velle & facere nos peccare, in manifestationem glorie sua. (Nota hic lector, Calvinianum dogma à Gerson ante ducentos annos damnatum.) Porro viam medianam & regiam tra-dit Theologia reuelata, fide subnixa, quagradien-dum est, etiam ubi ratioinationis contraria disslo-lutio plena non pataret.]

Acceptat hanc doctrinam Monicus; sed ad eam, percipiendam singulare lumen gratiæ diuinae neces-sarium profitetur: [Existimo, inquit, quod has sententias nec inexperti satis capiunt; nec experientiam dire potest industria, niū præueniente in benedictis & onibus dulceditis, & cooperante Dei gratia, valde ineffabil modo. Et hoc est Dei donum scribere, à quo postulanda sit & imperanda talis gratia. Multa enim dicimus, & descimus. Verbum autem abbreviatum & consummatum facit sapientia, dum in animas sanctas se transfert, delicias suas com-putans esse cum filiis hominum, in quibus bene-placitum est Deo, quia sperauerunt super misericordia eius.]

Concludit denique totam hanc dissertationem Volucer hoc metro:

Vnus è multis nauis profundo  
Dum regit nauem, venit & imber,  
Et procellarum turbidam mares,  
Serpentis motibus urgent,  
Proximam nauis cribrom nantes  
Naus age cladem mortis; adesse  
Nititur suis arte magistris;  
Nil in expertum corde pauenti  
Segniter linquens; omnia solers  
Tentat, ut nauis littora capet.  
Simili vero tanta molestat  
Seuens pectus, iamq; latrato  
Terret auditus, scylla canere,  
Attrahens gulpho cuncta voraci;  
Non opem possunt ferre sedales,  
Pars & in preceps ultro laborat,  
Scitq; nauiclerum stertere puppi.  
Obstupet talis quis, nihil ultra  
Piribus fidit, ipse nec in arte est;  
Respicit calum, vota Deo dat,  
Aut mavis se deicit alto,  
Nudus enatans, scopolorum  
Prominen, saxum suscipit ipsum:  
Vel sinuatu condit, antit,  
Laudat excelsum creator; illi  
Dicit, euafis forte benigna.  
O reueratum sancti uelim  
Obsequi fas sit, Christe, tibi mes-

Rur/106

Rursum autem in augio datur,  
Vt in illo fac proferiore.  
Hactenus Gerson,

Ex quibus luce clarior est, tantum abesse, ut gratuita prædestinationis tum ad gratiam, tum ad gloriam sentientia, vera pietati quecum officiat vel incommodet; vt potius ei plurimum adminiculetur; Primiò enim veram ac profundissimam aduersus Deum ac proximum submissionem menti inserit; non fruolam illam, quasvisque in seipso bona, seu natura seu gratia, que a Deo accepit, ignoret, aut ignorare se simulet; hacque ratione omnibus inferiorem se profiteatur; sed qua se nihil eorum a se habere; nec sibi ipsi ad salutem sufficere; nec suis meritis, sive gratia largitionem, sive primam gloria destinationem; sed utramque soli gratuita ac beneficentissimæ Dei voluntati ac misericordiæ imputat; vt non in seipso, sed in Deo glosrietur omnis caro.

Secundò spem solidam ac firmissimum robore stabiliter; dum eam non in arena, hoc est, in seipso, ac suis viribus vel meritis, sed in Dei infinitate & gratuita bonitate ac misericordia præcipue collocandam suadet; ita ut etiam inter peccatorum lapsus, qui humana fragilitate non nunquam accidunt, spes non fatiscat; sed eò magis in Deo firmetur, quominus in seipso ad aeternam salutem consequendam præsidij homo inuenit; & vt Gerson ait, quanto temptationibus renitens plures vincitur, tanto frequentius, certius, & ideo fortius, quia humilius, in Deum se projicit, de Deo speret, & confidat; hoc ipso, quod nullam videt in se fiduciam refrendi viujs, neq; virtutes & salutem adipiscendi repositam.

Tertiò. Veram & non mercenariam erga Deum charitatem nutrit; dum Deum propter se suamque summan bonitatem, non propter commodum amantis diligendum proponit; affectumq; diligentis eo prouchit, vt etiam sciret, se in altera vita damnandum, Deum tamen in hac vita pro virtibus diligere firmiter constitutum haberet. Vbi tamen illud simul ex Gersone prudens documentum in prædestinatione obseruandum, vt quando homo non bene se dispositum ad tam sublimes pietatis affectus sentit, cogitationibus illis de occultis Dei iudicis, siveque prædestinationis aut reprobationis incertis decretis non inhaeret, sed potius alijs rebus cogitandi animum applicet.

Denique hæc sententia occulta Dei iudicia nec investigare, nec reprehendere; sed plenam & omnimodam erga Deum diuinamque voluntatem ac iudicia resignationem submissionemque exercere docet; vt homo velut lutu in manu figuli aduersus Deum non murmuraret, sed iustissima dispositioni Dei penitus acquiescat; de nulla re sollicitus, nisi vt Deum non offendat. Quæ omnia cum homo, cum auxilio gratia præstare satagit; Quidn Gersoni pari pietatis affectu succinat, Deoque authori & fonti salutis nostræ hac ode gratuletur:

Iustus es magni Dominator orbis;  
Sive dum celo recreas Olympo  
Cælestis; sive excrucias Auerni  
Faucibus hastos.

Tom. I.

Debitor nulli, tua bona sorte,  
Quæ placet, liber tribuis, negasq;  
Nec licet cuiquam tua subflateram  
Facta vocare.  
Si quis immensus pelagiumentis  
Gurgites, parvo poterit lebete  
Claudere, aut vasto numerare meritas  
Aethere stellas:  
Si quis extremo digiti mouebit  
Caucajum, vel quas in cælestiæ Aethra flammam  
Oris effectu, modice eveiactu  
Sopiet undæ:  
Hic tui sensus Deus arbitrator  
Adfis; hic causas operum requirat:  
Hic tui magnus, licer, q; tu dedux;  
Grandetudo.  
Mentis hic nubis aciel latentes  
Explicit causas, Jacob & Esau  
Cur pares causæ, hanc fuerint cædem  
Sortebunti.  
Vnus ambobus Genitor satorq;  
Stirpiter magnus situs Abrahami;  
Vna profudit Genitrix utrumq;  
Facta gemellum.  
Nec boni quisquam meriti forebant,  
Nec mali: dia tamen iste menti  
Vixit exodus, per amatus ille;  
Neister iniquæ.  
O inaccessa latebra Tonantis  
Consil; o nunquam penetranda abyssus:  
Quam iuuat soliumtaciæ precantes  
Mente vocare.  
Iustus es magni Dominator orbis;  
Sive dum celo recreas Olympo  
Cælestis; sive excrucias Auerni  
Faucibus hastos.

## SYNOPSIS.

S It itaque hæc etiam totius Disputationis nostra, de hoc profundissimo diuinæ prædestinationis mysterio Synopsis. I. Est planè in Deo prædestination, qua certissimè salvantur, quicunque salvantur. II. Est reprobatio, qua certissime damnantur, quicunque damnantur. III. Illa actus vndique gratutius est diuinæ bonitatis & misericordia; hac actus diuinæ Iustitiae. IV. Illa fons est & origo omnis boni salutaris, & ad vitam aeternam nobis profuturi; hæc causa est non peccati, sed poena, & damnationis aeterna. V. Non ergo bonum aliquod nostrum simul aut prius est diuina prædestinatione, sed posterius. VI. Cculpa tamen & peccatum nostrum prius est decreto poena & damnationis. VII. Sic perdito tua Israel, tantummodo in Deo auxilium tuum. VIII. Poterat Deus omnes; aut non hos, sed alios pari conditione & iure prædestinare; sed non voluit: illud, quia minus conueniebat; hoc, quia ita placuit. IX. In pari conditione assumpit quos voluit; deseruit quos noluit: utrumque sine iniuria. X. Non hi digniores erant, aut magis dispositi, vt prædestinarentur: sed Deus quos voluit elegit; alios reliquit: utrosque sine præuisis meritis.

VII. 3

XI. Qua-

XI. Quare & gratiam congruam prædestinaturum propeiam illis selegit; istis non item: utrisque sine meritis. XII. Gratiam tamen sufficiem largitur omnibus; nec vel in prædestinatis, vel in reprobis vnum liberi arbitrii intervertit. XIII. Vult serio, hortatur, præcipit, mitigatur, allicit, ut omnes salueantur; atque ideo bene operentur, ac infinitem perseverent, ut possint. XIV. Neque vero aut illos sine præuisis meritis usque ad finem perdurantibus saluat; nec istos sine demeritis damnat. XV. Corona ergo ex meritis confertur, qua gratia prædestinatur: pena & damnatio sine præuisis demeritis nec infigitur, nec destinatur. XVI. Eo maius beneficium est Dei prædestinationis, quo minus ex debito est impensum. XVII. Tantò magis agnoscitur hoc beneficium Dei, quantò paucioribus est impensum. XVIII. Nemo ergo de bono effteri debet, quia si vere bonum, & ad vitam æternam conducibile est, ex abysso gratitatem miserationis & prædestinationis Dei est de promptum. XIX. Hæc est abyssus misericordia Dei, quod in pari causa damnationis, quibus voluit est misertus. XX. Hæc est abyssus diuina iustitia, quod in pari occasione miserendi, quos voluit damnavit. XXI. Hæc est abyssus humana miseria, quod solam misereendi materiam exhibere potest, non causam. XXII. Non prius, non simul, sed omni modo posterius est miseratione, quicquid in nobis ad miserendum mouere poterat misera-

ricordem Deum, prætermiseriam. XXIII. Hæc nostra miseria diuinam exaltat misericordiam; & diuina misericordia nostram detegit miseriam. Ita abyssus miseria inuocat abyssum misericordia, ne absorbeat ab abysso iustitia.

XXIV. Sed nec lege ordinaria infallibiliter, quisquam scit, prædestinatus ne sit, an reprobis; sed omnia in futurum seruantur incerta. XXV. Omnes tamen bene sperare possumus & debemus; nec desperare de quoquam, dum viuimus. XXVI. Multò minus contemnerem quenquam; aut superbe effteri contra quenquam; quia nescimus, an ille forte prædestinatus sit, a nos reprobis. XXVII. Multienim hodie viuunt iusti, & sunt reprobis; multi viuunt peccatores, & sunt prædestinati. XXVIII. Inter spem ergo & metum, dum tempus habemus, cum diuina gratia auxilio, omnibus parato, oremur bonum ad omnes. XXIX. Certi enim sumus, nos saluando, si usque in finem in bono perseveremus, ut possimus; nec aliter: certi nos damnando, si culpa nostra deficiamus in bono; nec aliter. XXX. Humiliemur denique sub potentia manu Dei; & occultis quidem, sed iustis tamen iudicij eius acquiescamus. Ut nec in se glorietur omnis caro; neque de Deo desperet vla caro; sed

Deum piè glorificemus omnes, dum viuimus,  
beati planèfuturi, si ita vixerimus.  
mus. Amen.

#### FINIS DISPV TATIONIS TERTIAE.

### INDEX DISPV TATIONIS IV.

#### DE SANCTISSIMA TRINITATE DIVINARVM personarum.

Quæstio I. De personis diuinis, earumque numero, similitudine, aequalitate, idenditate, ordine, & perfectione, secundum se, & in genere.

Dubium I. Quid nomine Trinitatis, persona, hypostasis, subsistente, usq[ue] & essentia in diuinis intelligatur.

II. Qua ratione Trinitatis mysterium a nobis in hac vita cognoscatur; an etiam naturali ratione & eundem.

III. Quot sint personæ diuinae.

IV. Qua ratione dissoluenda sint obieciones, contra sanctissimam Trinitatis mysterium pugnantes.

V. Qua ratione vocalia & ratio personæ communis sit omnibus personis diuinis, & de singulis prædictis.

VI. An prater tres subsistentias & hypostases personales, sit in Deo subsistente quedam absoluta non personalis & communis omnibus tribus personis.

VII. Qua ratione persona diuina se habeant ad essentiam, ac attributa essentialia; & quomodo tum de utrisque inter se comparatis; tum uniuersim de his

qua pertinent ad unitatem & pluralitatem in Deo loquendum sit.

VIII. An & quomodo diuinæ personæ sint inter se similes aequales, (salvo tamen originis ordine) & idem in essentia, arg. in se mutuo existentes.

Quæstio II. De processione sive origine diuinorum personarum.

Dubium I. An, quales, & quot sint in Deo processiones personarum, sive ad intra.

II. An processiones personarum immediatae sint à natura, seu essentia diuina; an per aliquam eius operationem, & qualiter.

III. Per quamnam operationes intellectus aut voluntatis procedant diuinæ personæ.

IV. Sitne in diuinis actibus intelligendi & amandi principium quo producendi personas; an ipsa productio.

V. Quodnam sit principium quo & potentia productiva personarum, seu actuum notionalium; quisve terminus formalis eorumdem actuum.

VI. Virium processiones seu productiones personarum sint actus voluntary & liberi, an naturales, seu per modum nature.

VII. An